agere, ut singulos nudatos praesidijs opprimant.
Verum id viderint illi ad quos haec cura pertinet.
Nota Nostrum est constantiam in dicendo vera sententia
praestare, et cruciatus pro Christi gloria non
defugere, si rabies adversariorum nos ad supplicium
rapiet.
Haec scripsimus ad vos optimo et amicissimo animo
ac petimus ut Epistolam nostram boni consulatis,
ac nobis quam primum respondeatis. Bene
Valete. Anno 1540. 17. februarii

Clarissimo Viro Dno Philip: Melanchtoni
patrono et amico, ac fratri colendissimo
atque charissimo:

Ingentes agimus gratias vestrae charitati pro
tam opportuno et necessario vestro officio.
Consilium Jacobi Quirinij Ante mensem Dns Jacobus Quirinus huc
scripserat, ut ad vos mitteremus consilium de
vestra sententia, verum id securitas nostrorum
hominum οἱ ἐν τῷ τέλει procrastinavit.

Vos tamen mittendi sane, qui non id nostro ~~consilio~~
sumptu fecimus, quo magis vobis debemus, qui
isto beneficio praevenistis. Tabellario vestro
sumptum nostri dederunt sex florenos, quibus ait
se conductum, et unum adiecerunt honorarij
vice. Responsum vestrum omnibus nostris,
cum senatoribus pijs, tum collegis perplacet,
Agimusque gratias Deo, qui Ecclesiis suis istos con-
servat spiritus, quem oramus omnes, ut vos
servet diu. Mittimus iterum, et quae
Illa propter prolixitatem non descripsi, nec transmisi nostris responsa dedimus, praecipitata illa. Nam
tempus brevissimum ad ea conscribenda datum nobis
fuit, quo factum est, ut omnia nimium con-
traxerimus, ac quaedam ex meis responsis davis,
Palati: Marchio: Aegidio et duobus Electoribus in hunc librum
transferre coacti sumus, quod eo fecimus consilio,
quod nostris minus esset periculi ab isto tam
Foeda libri cauda, Interim, et de Caeremonijs. foeda libri cauda. In caeteris quoque ad Laicos
nostrorum sensus respeximus, qui quae ad externa

[illegible]

Ecclesiae politiam pertinent, plus morari sole[mus]
quanquam id non deceat, doctrina Christi ta[m]
annis imbutos. Nos plurimum et recreavit et
aedificavit, quod vim Iustificationis et pura[e]
solidaeque invocationis, totiusque regni Christi ad[mi-]
nistris tam plane, tam perspicue, tam efficaci[ter]
Dominum Iesum oramus, ut diu vos Ecclesia[e]
suae servet. Rationem consilij vestri de [?]
culis, cum praeteritis, tum ad privatas absolu-
tiones probamus, atque miramur vos tanta pote-
uti libertate. Idque Ecclesiae Christi toto corde gratu-
lamur. Nam inde cognoscimus, animos vos-
sensisse vestrorum gubernatorum Evangelio
Christi adhuc satis parere. Quamquam autem [?]
nostram ex vestris scriptis omni modo inter vos
constare de doctrinae Christi consensum, tamen [?]
admonisse videamur summum nostri ministerij
tempus, decrevimus mittere ad vos Christi[anum]
Collegam nostrum D. D. Ioannem Marpach[ium]

D. D. Ioan: Marpachius.

hic fuit Wittenbergae apud D: Paulis dicto ad principi: Augusti, Quidam[?]
ibidem collatum et concordatum sit ignoratur

qui nostro nomine agat vobiscum de omnibus
Evangelicae doctrinae locis, et de optima, expli-
candi praecipua religionis nostrae dogmata, ra-
tione. Maxime ea de quibus nondum convenire
inter omnes per omnia apparet. Optamus
enim vobiscum gratificari Christum Deum nostrum
prorsus eodem spiritu et ore, et in ea Evangelij
aeternae salutis nostra confessione transire ad
Dominum, quam liceat posteris nostris etiam
sanguine nostro, si ita placeat Deo, obsignare et
sancire. Porro cum nunc Stalmandum nostris
sit, de libro oblato, et multi servi Mammonae
suum negotium curent sedulo, periculosum esse
illum non adesse parochiae suae hoc tempore,
eaque de causa differre eius profectionem ad vos
cogimur. Quamprimum autem poterit a
suis tantillo tempore abesse, iter ad vos ingredietur.
Horrenda certe Dei iudicia in Germaniam expectamus,
quae doctrinam vitae sempiternae, et fiduciam
omnem filij Dei abijcit, tam nihil adhuc

pro nomine suo passa, commutatque caelestem
vivendi libertatem, cum flagitiosissimi Anti-
christi servitute, tantum ventris et Mammonae
causa. Quid non dedisset et effecisset Deus
pro suis, si Augustani, si Ulmenses, et ceteri
praesidiis oppressi, se ita librum illum depreca-
ti fuissent, ut Iudaei apud Petronium de-
precabantur, admittere imaginem Caesaris, et
caeteri ea constantia suam iterum adseruissent
confessionem, qua iam initio eodem in loco
fecerunt. Sed ita perstant apud eum
qui doctrinam cum sua disciplina receperunt,
et sic in cultu perseverant Christi, quo adeo addicti
sunt Mammonae. Deus respiciat suos.

Historia et sane memorabilis et lectu digna apud Ioseph: de bello Iudaico lib. 2. ca: 9.

Non potuit [illegible] describere

Mitto vobis exemplum epistolae, quam postquam liber
ille infelix ordinibus imperii imperatus fuit
ad Electorem Brandeburg: misi, et per D. Ia-
cobum Stirnerum exhiberi curavi, praesertim
Iacobo fere totas legerat. Cum interveniret
D. Hoffmannus supremus Regis Ferdinandi

D. Hoffmannus Ferdinandi consiliarius.

consiliarius

Consiliarius, tum quidem promisit Domino Iacobo
se narraturum tantum otii, et ubi literas perle-
gisset ipsum venaturum adesse. Et de mea
sententia cum eo acturum. Verum postea ne
respiceret quidem D. Iacobum dignatus est,
cum eum praeteriret, coepitque, ut multi relati sunt,
dura contra me loqui. Ut igitur et vos cog-
noscatis quomodo mecum actum sit Augustae
volui vobis harum literarum exemplum mittere,
tamen ne frustra oratores irritem, contra com-
munem causam, et ne videar affectare, ut
illum traducam, velim exemplum harum lite-
rarum intra vestras manus contineri.
Maluissem mittere omnia mea responsa, et histo-
riam actionum mearum, [illegible] earumque minarum,
promissionum, adhortationum, quibus erga
me miserum usi sunt duo Electores, sed nunc
describi non potuerunt. Gratia Deo qui me
servavit in libera et vera doctrinae adsertione.

2. Elector: Palat: March:

Marchio Islebius

et falsa confutatione, in qua nihil adsentiebamur coram, Marchio et Islebius, et tantum de Ceremoniis contendebant, sed nunquam declaravit, quid sint et sentiant de Christo.

Scriptum Imperatoris

Mitto item vobis exemplum scripti Imperatoris quo liber ille imperii ordinibus, propositus et imperatus est iis, qui contra papisticas abominationes in religione aliqd novarunt. Visum enim nobis est ex vestro responso, hoc scriptum vos non vidisse.

Alii libelli.

Mitto item libellum, quem his nostris nundinis edidimus ad quoddam Venetianum scriptum.

Magistratus Argentoratensis non vult irritari:

Non fuit tempus Articulis adiungere suas antitheses, et Magistratus nunc valde cavet ne irritet Cæ. Noluit permittere ut aggrederemur liberius. Ut autem res nostrae habent, arbitrati sunt restare vel hac quamvis multo quam nihil edere. Epicureorum multi apud nos, et servorum Mammonae. Vale. Vos rogamus, ut precibus vestris nostram Ecclesiam

Deo commendetis, in qua profecto plurimi sunt, ad Euangelion Christi pulcherrime animati Etiam inter eos οἱ ἐν τῷ τέλει. Tamen perquam dubia coniectatio utris sententiis victuri sint. Lindanum exemplum virorum imitentur multi, siquidem, ut coeperunt, perseverant, et persistituros confidimus. Constantienses in eadem sententia esse feruntur. Certe fuerunt Christiani. Halenses, ne Hispanos recipere cogerentur librum receperunt.

Lindaw

Constantz

Halenses animis Troes

Ubi autem eo prodiderunt Brentium, quem iussi erant Augustae exhibere Imperatori puniendum, propterea quod contra librum docuisset, nihilominus Hispanos ad eos venerunt. Nostra civitas adhuc patitur Neapolitanos et Hispanos, qui ea libidine etiam in pueros atque ea violentia grassantur in omnes, adigunt veteribus hominibus, ut ipsis comparare, quia nusquam etiam possunt comparanda invenire, ut horrendum sit credi.

Libido et Tyrannis Hispanorum.

Impudicitia puellarum Mulierum.

in nostros homines argumentum, vos vero potius multis perire mallemus hoste, quam ista perpeti. A puellis et mulieribus plurimis, omnis pudor profligatur, quibus honestiores sunt matres confirmantur. Sic punit Hypocritas Deus, et tepidos cultores suos. Utinam his nos ad se flagellis compellat.

precatio

Domine Iesu fili aeterne Dei, pastor bone, contere potentiam et adsere tibi gregem tuum, quem sanguine tuo redemisti.

Brentius latet

Ubi lateat Brentius noster adhuc rescire non potuimus.

Norici

Noricos pro anni spatio, quo libri religionem apud suos instituant, tantum tres menses impetrasse, tristissime vos nosse. Deus servet nobis aliquas religionis.

Ex Argentorato.

In quo optime valete. 11. Iulij Anno 154

Vester Martinus Bucerus nomine Collegarum suorum Dm̃ quoque et Ecclesiam nostram vestris precibus commendat.

Reverendo Viro, eruditione et Virtute praestanti domino Christophoro Lasio, fideli pastori Ecclesiae dei in oppido Gwordt, amico suo charissimo.

S. D. Venerande vir et amice chariss. Oro filium Dei dominum nostrum Iesum Christum crucifixum pro nobis, et resuscitatum, sedentem ad dexteram aeterni patris, ut det dona hominibus, et regat Evangelii ministros consilio.

Fuit nobiscum pastor Ecclesiae Brandenburgensis, Sigefridus, qui exposuit historiam conventus vestri. Recte factum est, quod diserte praestatis, vos non adsentiri libro Augustano. Nam etiamsi illa altera ordinatio, quae fuit addita, reciperetur, et mansuri essetis in Ecclesiis vestris, Tamen non potest approbari Liber Augustanus. Nunc de altera parte dicam, Multa dici possunt contra universalium rituum instaurationem, sed cum non